ZBIORY
Wincentego hr. Łosia.
Dział Autografy Królów Pol.
№

R. 1762 5/6

August III (Jan Stamirski Sekr.)

pozwala Rochowi Kosowskiemu
ustąpić Trzebiczne Stan. Kosow.

papier folio piecz. w. kor. Jana hr. ~~Komor~~ Małachowskiego

— Arch. Kos. S. O. L. Dypl. 70

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA K.U.L.

67/10/10/6k
532.-

Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq[ue]. Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.

Significamus præsen[tibus] Literis N[ost]ris, quorum interest, universis et singulis. Consensiſse Nos et permiſiſse, consentireq[ue] et permittere præsen[tibus] Literis N[ost]ris, Generoso Rocho de Głogowa Koſsowski Capitaneo N[ost]ro Siradiensi, ut poſsit et valeat de omni et integro jure suo advitalitio, quod Ipsi super Villam Trzebiczna, desert[am] in corpore Capitaneatus N[ost]ri Siradiensis consisten[tem] in Palatinatu Siradiensi sit[am] servit et competit cedere, illudq[ue] in Personam G[enero]si Stanislai de Głogowa Koſsowski Fratris sui Germani, transferre, et plenarie transfundere. Quæ Quidem Ceſsio, jurisq[ue] Transfusio, postquam coram Actis quibuscunq[ue] authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus; uti eam, quæ prævio hocce Consensu N[ost]ro Regio peragetur. Vigore cujus Ceſsionis, præsentisq[ue] Consensus N[ost]ri, prænominat[us] G[eneros]us Stanislaus Koſsowski, præfatam Villam desertam cum omnibus ædificijs, structuris, campis, agris, conterminationibus, hortis, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus piscinis, lacubus, molendinis, tabernis braxatorijs, Subditis, eorumq[ue] laboribus, censibus, dationibus, usibus, fructibus, commodis, et emolumentis, cæterisq[ue] attinentijs et pertinentijs antiquitus et ad præsens ad eand[em] Villam spectan[tibus] generaliter omnibus, nullis penitus exceptis et reservatis, tenebit, habebit, et poſsidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Ser[enissi]mis Succeſsoribus N[ost]ris, non eſse Nos, Ser[enissi]mosq[ue] Succeſsores N[ost]ros, memorat[um] G[enero]sum Stanislaum Koſsowski, ab usu et pacifica Villæ desertæ Trzebiczna poſseſsione amoturos, aut alienaturos, neq[ue] amovendi, aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum jus advitalitium Eid[em] conservaturos. Quod et Ser[enissi]mi Succeſsores N[ost]ri præstabunt. Juribus N[ost]ris Regalibus, R[eipu]b[li]cæ, Eccleſsiæq[ue] Romano-Catholicæ salvis manen[tibus]. In quorum fidem præsen[tes] manu N[ost]ra subscrab[imus], Sigillo Regni communiri juſsimus. Datum Varsaviæ. Die V[ta] Mensis Junij. — Anno Domini MDCCLXII. Regni verò N[ost]ri XXIX Anno.

Augustus Rex

Consensus cedendi de Villa deserta Trzebiczna nuncupata, in corpore Capitaneatus Siradiensis consisten[tis] G[enero]so Rocho de Głogowa Koſsowski, in Personam G[enero]si Stanislai de Głogowa Koſsowski.

Joannes Słominski Metricæ Regni Præfectus S[acræ] R[egiæ] M[aies]tis Secretarius

ZE ZBIORÓW WŁ. HR. ŁOSIA

Dypl. 70

Jmc

4.

Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Seve-
riæ, Czerniechoviæq; Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.

Significamus præsen. Literis Nris, quorum interest, universis et singulis. Consensisse Nos et permisisse, consentireq; et permittere præsen. Literis Nris, Generoso Rocho de Głogowa Kossowski Capitaneo Nro Siradiensi, ut possit et valeat de omni et integro jure suo advitalitio, quod Ipsi super villam Trzebiczna, desert. in corpore Capitaneatus Nri Siradiensis consisten. in Palatinatu Siradiensi sitt. servit et competit cedere, illudq; in Personam Gnosi Stanislai de Głogowa Kossowski Fratris sui Germani, transferre, et plenarie transfundere. Quæ Quidem Cessio, jurisq; Transfusio, postquam coram Actis quibuscunq; authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus; uti eam, quæ prævio hocce Consensu Nro Regio peragetur. Vigore Cujus Cessionis, præsentisq; Consensus Nri, prænominat. Gnus Stanislaus Kossowski, præfatam Villam desertam cum omnibus ædificiis, structuris, campis, agris, conterminationibus, hortis, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus piscinis, lacubus, molendinis, tabernis braxatoriis, Subditis, eorumq; laboribus, censibus, dationibus, usibus, fructibus, commodis, et emolumentis, ceterisq; attinentiis et pertinentiis antiquitus et ad præsens ad eand. Villam spectan. generaliter omnibus, nullis penitus exceptis et reservatis, tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenis Successoribus Nris, non esse Nos, Serenosq; Successores Nros, memorat. Gnosum Stanislaum Kossowski, ab usu et pacifica Villæ desertæ Trzebiczna possessione amoturos, aut alienaturos, neq; amovendi, aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum jus advitalitium eid. conservaturos. Quod et Serenis Successores Nri præstabunt. Juribus Nris Regalibus, Rpblicæ, Ecclesiæq; Romano-Catholicæ salvis manen. In quorum fidem præsen. Manu Nra subscrab, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ. Die Vta Mensis Junij. – Anno Domini MDCCLXII. Regni verò Nri XXIX Anno.

Augustus Rex



Consensus cedendi de Villa deserta Trzebiczna nuncupata, in corpore Capitaneatus Siradiensis consisten. Gnoso Rocho de Głogowa Kossowski, in Personam Gnosi Stanislai de Głogowa Kossowski.

Joannes Słoninski Metricæ Regni Præfectus S.R.Mttis Secretarius

ZE ZBIORÓW JAN. HR. KOSIA

Dypl. 70

Cancellariatu

Illmi et Excellmi Dni Joannis Comitis in Koniskie et Białaczow a Małacho-wice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Opotoviensis Grodecensis &c. Capitanei.

Sigillatum

Ad Acta Metrices Regni Cancellariae minoris circa Recognitionem Cessionis Feria Quinta post Festa Solemnia Nativitatis Dni Jesu Xti proxima Die scilicet 30ma Mensis Decembris Anno Ejusdem 1762do introcontentae Literae Consensus S. R. Mttis de toto tenore suo inductae, inscriptae et ingrossatae sunt.

[signature]

Dypl. 70

BIBLIOTEKA UNIWERS. K.U.L.